933 855

bellica contra Kosakos sancit quam ipse Actor in Castris publicis suo sumptu toto tempore de bonis Vestris et manso Kalisowska sufficienter expediebat dare ac pendere non Vultis neq. curatis non metuendo pœnam eo in passu in Constitutionibus Regni Sancitto ad quas Super Vobis decernend. et extendend. Vna cum solutione praefatarum expensarum. iuridice perductorum et obtentorum non admisistis imo temere impugnastis. per quod in pœnam Bannitionis Succubuistis ad quam super Vobis et bonis Vestris decernend. et per Ministerialem publicandam citamini. Iudicialiter sitis responsuri Datum in Curia Regia Branscensi Feria Secunda post Festum Sancti Michaelis Archangeli proxima. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo. Et post propositionem Suam modo praemisso factam Actorea pars deducendo parti citatae legitimo de termino Statuit Nlem Generalem Regni Provardum Ioannem Roslanik qui citationis praeinsertae Copiam sigillatam ab vna integra ante Terminum praesentem Septimana in bonis citatorum propriis apud Nobilem Lucam Obniski posuisse et caeteris de positione publicasse recognovit. Quo sic deducto caeterisq. contentis propositionis Suae Verificatis. petijt citatum ad procedendum compelli. Ex adverso citati plenaria acclamatione Iuri, allegavit se non teneri ad respondendum Quandoquidem Delator ipsemet ad promovendam causam suam in puncto Bannitionis praesens non est: petendo se a Termino praesenti liberari, Actoris Vero Plenipotens allegavit Principalem suum non teneri adesse, Quandoquidem instigator qui medietatem perductorum pro Domino Capitaneo secuturam decerni vult praesens cum Plenipotente Actoris adest. petendo rejecta exceptione illius super ipso pœnam Bannitionis decerni alijs probationibus salvis praemissorum deductis Et Iudicium praesens Castren. Capitaneale Branscense controversijs partium Vtrarumq. Actorea per Nobilem Thomam Woyno citatae vero per Nlem Matthiam Christophorum olim stanislai Pantaleonem Valentinum olim Mathaei Valentinum olim Pauli Skolodij a se et ab alijs iudicialiter factis exauditis et debite intellectis teneri Delatorem ad promovendam causam praesentem in puncto Bannitionis Ventertem adesse adinvenit A quo Decreto Actorea pars ad Iudicia Ordinaria Generalia Tribunalis Regni Lublinens. appelavit: Cui Iudicium praesens appelationem admisit. Terminumq. prosequendae et continuandi eiusmodi appellationis in illis Iudicijs Tribunalitijs Regni Lublinensibus dum causa praesens ex Regestro causarum Palatinatus Podlachiae districtus Branscensis ad iudicandum legitime inciderit Parti Vtriq. paratum et peremptorium praefixit et conservavit.

Srednicki Cs. B. — Appelatio

Proposuit Iudicialiter coram praesenti Castrensi Capitaneali Branscensi Iudicio Instigator Iudicij praesentis suo cum infrascripto Delatore contra infranominatos citatos ex citatione

8505

Castrensi Bransensi Tenoris eiusmodi. Franciscus Joannes Lesznowolski in Zalesie Thrinili ex haeres Capitaneus Bransensis. Vobis Nobilibus Nicolao filio Joannis Lopienski Erasmoicz Adamo Grochowski Joanni Matthias olim Alberti Mareszewski Paulo Martiano Lucae olim Mathiae Lopienski Zophiae relictae olim Mathiae Proszenski Barbarae consorti Nobilis Martini Jgszowski Paulo olim Jacobi Lopienski Joanni olim Erasmi Lopienski Baltasaro Grochowski Alberto Czeladczyk Grochowski Mathaeo olim Mathiae Czeladka Joanni olim Georgij Grochowski Joanni olim Mathiae Grochowski Baranik Melchiori Szczepetowski Marinae consorti eiusdem Melchioris Szczepetowski Dorotheae consorti Nobilis Stanislai Kamienski Margarethae consorti Nobilis Matthiae Jablonski filiabus olim Nobilis Laurentij Grochowski Mezyk Joanni olim Mathiae Holonka Grochowski Melchiori olim Alberti Grochowski et Alberto filio tuo Thomae Mathaeo olim Michaelis Grochowskiem Margarethae consorti Nobilis Alberti Roszkowski Orsulae consorti Nobilis Martini Martini Lapinski Marinae consorti Nobilis Stanislai Falkowski Zophiae consorti Nobilis Joannis Olszewski Annae consorti Nobilis Bartholomaei Pieczkowski de Grochi et Lopienie Szelggi haeredibus et quovis modo possessoribus Ex Omnibus in genere bonis ac personis Vestris Vigore Regio et nostra Capitaneali authoritate mandamus ut in terminis Judicialibus Capitanealibus Castrensibus Bransensis feria secunda prius et proximius post datam praesentis citationis in Curia Regia Bransensi Celebrandis personaliter ac peremptorie compareatis. Ad instantiam Instigatoris Judicij Nostri Castrensis Bransensis et ipsius Delatoris Nobilis Alexandri filij Nobilis Joannis Swiedniczki Camerarij Terrae Bielscensis Actoris jurevincentis Qui vos praesertim maritatas cum maritorum Vestrorum et minorennes siqui estis cum tutorum Vestrorum de iure incumbentium assistentia citat ad Banniendum et de Regno Poloniae proscribendum ob impugnatam intromissionem per Ministerialem et Nobiles certos apud vos et bonis vestris officiose affectatis ratione Actoris perlucronum in officio nostro Castrensi Bransensi in Causa Vobis instituta Ideo. Quia vos non metuendo poenas in statutis et constitutionibus Regni ratione infrascriptorum sancitas, non Vultis neque curatis imo temere recusatis sumptus et impensas pro expeditione bellica ex bonis et sortibus Vestris tam haereditarijs quam obligatorijs, et quomodocunque bonorum Lopienie Szelggi et Grochy contra Han Tatarski et Kosakos ac alios Licentiosos Voluntarios homines per Totam Nobilitatem Equestris Ordinis Terrarum Palatinatuum et Districtuum Regni Poloniae iuxta literas Universalis Sacrae Regiae Maiestatis Laudat eidem Actori iuxta submissiones et promissiones Vestras dare et solvere quam expeditionem bellicam idem Actor suo sumptu equis ac toto apparatu bellico de praefatis bonis Lopienie Szelggi Grochi expediuit Quod contra vos Protestando coram officio Castrensi Drohicensi facta et attestatione Supremi Rotmagistri exercitus Terrae Bielscensis pro tunc exantis vult probare faciendo praemissa in contrarium juris communis

communib. praescriptum quo facto poenas in eisdem statutis et constitutionibus Regni contra tales sancitis ad solvend. quilibet Vestrum succubuisse et promeruisse, juridice perductorem et obtentorem citamini. Itaq. ad videnq. et audienq. super vobis et bonis Vestris omnibus poenam Bannitionis decerni ad quam publicandam Ministerialem addi Vosq. Bannitos in foro publicari et de Regno Poloniae proscribi Ulteriusque contra vos juridice procedi. Judicialiter sitis responsuri. Datum in Curia Regia Branscensi feria secunda post festum Sancti Michaelis Archangeli proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo. Et post propositionem suam modo praemisso factam. Pars Actorea deducend. parti citatae legitimo de termino Statuit Ministerialem Generalem Regni Nobilem Simonem Topczenski qui citationis praeinsertae Copiam sigillatam ab una integra ante terminum praesentem septimana in bonis Topczenze apud unum citatorum Nicolaum posuisse et ipsi ac alijs citatis officiose publicasse recognovit. Quo sic deducto caeterisq. contentis propositionis suae verificatis petijt citatos ad procedendum compelli. Ex adverso Pars citata allegavit se non teneri ad ferendum onus actionis praesentis nec ad processum siquidem cum ipsis nullam compositionem ratione eiusmodi servitij fecerat eamq. non produxerit, praecipue idem processum quem obtinere se allegat producere recusat, petendo se ab eodem cum et illicito tractu causae praesentis salua ignorantia asserti processus, extra forum competens absenti et in alijs iure remedijs sibi percustodit. In Oppositum pars Actorea producta quietatione expediti pro citatis de bonis eorum servitij bellici allegavit citatos teneri ad satisfactionem sumptuum et stipendij promeriti non tenerique ad producendum processum quandoquidem citati temere scientes de extraditis citationibus processu se innodare permiserunt, petijtq. vere citis exceptionibus illorum superuacaneis poenam Bannitionis decerni et publicari alijs probationibus salvis sibi praecustoditis. Et Judicium praesens Castrense Branscen. controversijs partium utrarumq. Actoreae personaliter per se citatae vero per Nobilem Nicolaum Topczenski à se et ab alijs iudicialiter factis exauditis et intellectis. teneri Actorem citatis producere processum causae huius censuit. A quo Decreto Actorea pars ad Judicia Ordinaria Generalia Tribunalis Regni Lublinensis appellavit. Cui appellationem Judicium hoc idem admisit. Terminumq. prosequendae et continuandae eiusmodi appellationis in illis Judicijs Tribunalibus Regni Lublinensibus. Dum causa praesens ex Regestro publico causarum Palatinatus Podlachiae Districtus Branscensis ad iudicandum legitime inciderit. Parti utriq. paratum et peremptorium posuit et conservauit.

Libertas

Perki

In Causa et Actione infrascripta iudicialiter vertente et mota Inter Instigatorem